Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



hic comparabitur uiro considerantj uultum natiuitatis sue in
speculo. Considerauit enim se & abijt: & statim obliuiscitur est qualis
fuit. Qui autem prospexerit in lege perfecte libertatis. & permanserit in
auditore obliuiosus factus: sed factor operis. hic beatus in facto
suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse non refrenans
linguam suam. sed seducens cor suum. huius uana est religio. Re
ligio munda & immaculata apud dominum & patrem hec est:
uisitare pupillos. & uiduas in tribulatione eorum. & immac
ulatum se custodire ab hoc seculo. Sancti Johannes

In illo tempore: Dixit ihs discipulis suis. Amen amen dico uobis: siquid petieritis
patrem in nomine meo: dabit uobis. Usque modo non petistis quicquam
in nomine meo. Petite & accipietis: ut gaudium uestrum sit ple
num. Hec in prouerbijs locutus sum uobis. sed palam annunciabo
uobis. Illo die in nomine meo petetis. Et non dico uobis. quia e
go rogabo patrem de uobis. Ipse enim pater amat uos: quia uos
me amastis. & credidistis: quia ego a deo exiui. Exiui a
patre & uenj in mundum. Iterum relinquo mundum. & ad
patrem uado. Dicunt ei discipuli eius. Ecce nunc palam loque
ris. & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus quia scis omnia. &
non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus quia a deo existi.

Fratres mei. Confitemini alterutrum In letania maiore Jacobi apli.
peccata uestra. & orate pro inuicem ut saluemini. Multum enim
ualet deprecatio iusti assidua. Helias homo erat similis
nobis passibilis: & oratione orauit. ut non pluueret super terram: &
non pluit annos tres. & menses sex. & iterum orauit. & celum
dedit pluuiam. & terra dedit fructum suum. Siquis autem
erauerit ex uobis a uritate. & obuerterit quis eum: scire debet quo
qui obuertit fecit peccatorem ab errore uie sue. saluabit animam